



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

XVIII. De executione rei judicatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

§. 2. *Supplicatio contra sententias inferiorum iudicium non admittitur.*

Contra sententias verò inferiorum Iudicum Supplicatio non admittitur; ne quidem ad ipsum Principem: sed vel ab eis appellandum est, vel petenda in integrum restitutio, l. 1, 2, & 3, *Ve lice pend l. 1, & l. fin. C. Sent. rescind. non posse, l. 3, C. De errore advoc. secundum ea, quæ supra diximus, duob. tit. prox.*

§. 3. *De remedio Syndicatus.*

Neque hic prætereundum est remedium Syndicatus, quod adversus ipsos Iudices instituitur, qui corrupti pretio aut gratiâ malè judicaverunt: qui ideirò ad Syndicatum, id est, causâ dictionem, ab iis, quibus nocium est, revocantur; & convicti in litis æstimationem læsæ parti condemnantur, l. 2, C. De pœna iudicis, qui male iud. adde & Parag. quod si sententia, cum Parag. seq. sup. de sent. & re iud. & ordin. Imperii parte 3, tit. 33.

DE EXECVTIONE REI IUDICATÆ.

TITULUS XVIII.

AD extremum, ubi sententia definitiva nullo juris remedio retractanda est; superest; ut ea executioni mandetur, ne iudicatum illusorium sit, l. si prator 75, in princ. D. De iud. hoc adhibito temperamento.

§. 1. *De executione in actione personali.*

Ut si actum sit actione personali, quadrimestre tempus condemnato ad solvendum detur, l. 2, & 3, C. De usur rei iudic. Quærenti 26, Ext. De offic. & pot. iud. deleg. nisi Iudex pro causa qualitate & quantitate, vel personarum obsequio vel contumaciâ, tempus hoc vel prorogaverit, vel coarctaverit, l. 2, & l. Debitor 31, D. De re iud. Quoad consultationem 15, Ext. De sent. & re iud. Aliâ sine iusta causâ Iudex tempus quadrimestre à jure indultum restringere non potest; & si forte fecerit, suppletur à jure, quod quadrimestre test. l. 5, Parag. si quis D. jam d. tit. Non enim sine causâ Iudex beneficium juri parti auferre debet, c. Indultum Dereg. jur. in 6. Si Iudex quadrimestre tempus sine causâ excesserit, puta permittendo reo semestri, valebit quidem prorogatio; ita tamen, ut & quadrimestre à lege datum in semestri imputetur, d. Parag. quis & ibi Gloss. Eadem observanda sunt in coarctatione in jure, l. Debitorib. 21, D. De re iud. l. Si debitor 21, D. De iud. l. fin. C. De execut. rei iud. cum hic iudicatio similis sit, l. Post rem iudicatam 66, D. De re iud. hac tamen specie cautior requiritur d. l. Si debitori Ordo verò executionis in actione personali hic est: ut primò mobilia, deindè immobilia, postremò nomina sumantur; quæ in causam pignoris capta

post duos menses vendantur, l. d. Pio 15, D. De re iud. l. Civitates 5, D. Quod cuiusque univ. vers. nom. iud. d. l. Debitorib. l. Cum proponas 9, & ibi not. C. De bonis auctor. iud. poss.

§. 2. *De executione in reali actione.*

Si verò in rem actum sit; nulla dilatio condemnato datur: nisi possessor neget in præsentem se posse restituere; & si sine frustratione tempus restituendi causa petat, indulgendum erit ei; ut tamen de litis æstimatione caveat cum fideiussore, si inter tempus, quod ei datum erit, non restituerit Parag. 1. Inst. De off. iud. add. l. Qui restituit 68, D. De rei vind.

§. 3. *De excoctore sententia.*

Convenit autem, eum sententiam suam exequi, qui eam tulit, si Iudex ordinarius sit. Quod si in res condemnati extra territorium sitas executionem fieri necesse sit; Iudex ejus loci pro executione adiri debet, d. l. A divo Pio Parag. 1, c. 1, Pastus lasti 14, Ext. de foro compet. Delegati verò sententiam ordinarius Iudex, à quo delegatus est, exequitur, d. l. A divo Pio in princ. c. Si quis contra 4, Ext. de foro compet. & ibi vido latius Panorm. & alios. Excepto delegato Summi Pontificis, qui integrum annum habet ad exequendum sententiam suam, d. c. Quærenti 26, Ext. de off. iud. deleg. aut si vult, executionem ad loci Ordinarium refert, c. Significasti 7, C. Pastoralis 29, Parag. quia verò Ext. iam d. tit.